

Band I., Nr. 80, Seite 91-93

Graf Chadaloh gibt seine erblichen Besitzungen an vielen innen genannten Orten unter hinzugefügten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Daugendorf, 817. November 17.

(Chr.) In nomine domini nostri Ihesu Christi. Unicuique sedula cordis intentione perpetrandum est salvatoris nostri verba, dicentis: date elymosinam, et ecce omnia munda sunt vobis, et: sicut aqua extinguit ignem, ita elymosina extinguit peccatum. Quapropter diligenti cura his divinis perpetratis ammonitionibus domini, ego Chadaloh, divina opitulante clementia comis, trado atque transfundo pro animę meę remedio, vel pro ęterna retributione ad coenobium sancti Galli militis Christi quasdam res hereditario iure possessas in villis subter nominatis: id est, in duabus villis quę dicuntur Essindorf¹, cum omnibus quibuscumque ad eas pertinentibus, et unum villarem qui dicitur Perahtramni² ad Fedarhaun. In Heidcauue quoque quicquid habere visus sum, et in Antimarchingun³ cum omnibus quibuscumque ad eam pertinentibus, et in Uuahhingun⁴ et in Stibiloheim⁵ et in Uuillirihingun⁶ et in Marahtale⁷. Et quicquid habemus in Erfstetim et in Chrezzingun, et quicquid habemus in Muliheim, et in duabus villis quę appellantur Uuillzzinga⁸ et in Polstetim⁹. In omnibus siquidem his prefatis villis quicquid in hac presente die visus sum

¹Oberessendorf, Eberhardzell, BC, und Unteressendorf, Hochdorf, BC.

²*Perahtramni*, bisher unermittelt; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 371, Anm. 228.

³Emerkingen, Emerkingen, UL.

⁴Oberwachingen, Uttenweiler, BC, und Unterwachingen, Unterwachingen, UL.

⁵*Stibiloheim*, unermittelt; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 371, Anm. 228.

⁶*Uuillirihingun*, unermittelt; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 371, Anm. 228.

⁷Obermarchtal, Obermarchtal, UL, und Untermarchtal, Untermarchtal, UL.

⁸Oberwilzingen, Hayingen, RT, und Unterwilzingen, Ehingen (Donau), UL.

⁹Wohl am ehesten das abgeg. Bolstetten, Hayingen, RT; vgl. MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 371, Anm. 228.

II

possidere, mobilium vel immobilium, vel quicquid dici aut nominari potest, cum omnibus ex integro ad prefatum trado coenobium. Ea videlicet ratione, ut dum ipse vixero, annis singulis quinque solidos ad prefatum persolvam coenobium, et si mihi easdem res redemere conplacuerit, cum L solidis redimam. Post discessum vero meum filius meus, videlicet Perahtoldus, eundem interim persolvat censum, usque dum ad tempus pervenerit quo legitima coniugii conubia subire decreverit, et tunc si voluerit, res in Antimarchingun sitas, et in Uuahhingun et in Stibiloheim et in Uuillirihingun et in Marahtale et in Erfstetim et in Crezzingun, et in Muliheim et in duabus Uuilzingis et in Polstetim, coniugem sibi inquirendam, cum eius vveregeldo redemere licentiam habeat, et hereditario iure possideat. Si autem evenerit, ut ex legitima coniuge heredem procreaverit, tunc illud, quod premisimus, in duabus Essindorf situm, et in Heidcauuue, et in Perahtramniuilare ad Fedarhaun cum alio vveregeldo redimat. Et si ipse hoc non perfecerit, heres ipsius, si legitimus procreatus ex eo fuerit, ipsud redemere licentiam habeat similiter cum uno vveregeldo. Denique si ipsi legitimus heres genitus non fuerit, nec ipse hoc ad redimendum licentiam habeat, sed pro anime illius remedio ad predictum revertatur coenobium in eum ad possidendum. Illud nempe addidimus, ut nec vos, nec successores quilibet vestri istis servitoribus nostris ad illud coenobium delegatis, quolibet fuerint sexu, servitia vel tributa, seu quascumque functiones inponantur, nisi que sibi conplacuerit ipsi eis inponenda. Hoc est, ut servi vel ancille coniugati et in mansis manentes, tributa et vehenda et opera vel texturas seu functiones quassibet dimidia faciant, excepto aratura. Puellę vero infra salam manentes tres opus ad vestrum, et tres sibi faciant dies. Et hoc quod Alamanni chuulti uuerch¹⁰ dicunt, non faciant. Et illud etiam ratum ducimus ad confirmandum, ut nec per vos, nec per successores vestros illius videlicet coenobii extra confines comitatus contra voluntatem eorum dacantur, nec in beneficium dentur. Quod si fuerit factum, propinquus proximus meus in sua ea recipiat, et ad alia coenobia regi pertinentia conferat tenenda. Et hoc ipsud decrevimus devotione mentis, ut de ipsis iam peractis traditionibus, que ad singula delegavimus coenobia, nobis inter omnibus licitum sit, si ita nobis conplacuerit, XXX elegere mancipia quoscumque ex ipsis voluerimus. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse, aut ullus de heredibus meis, seu quecumque obposita persona, qui contra hanc traditionem venire temptaverit, aut eam infringere voluerit, sociante fisco multa componat, id est, auri untias VIII, argenti pondera X coactus exsolvat, et quod repetit evindicare non poterit; sed presens

¹⁰ *chwilti werch*, das bis zur Nachtzeit fortgesetzte Tagwerk, nord. *qvöllt*, schwed. *quwaell*, angels. *cviltid*. Vgl. EBERHARD GOTTLIEB GRAFF: Althochdeutscher Sprachschatz oder Wörterbuch der althochdeutschen Sprache, 7 Bde., Berlin 1834-46. [ND Hildesheim 1963], Bd. 4, S. 654.

III

traditio omni tempore firma et stabilis permaneat, cum stipulationesubnexa. Signum ipsius Chadalohi comitis, qui hanc traditionem voluit fieri^a. signum Perahtramni testis. signum Uualtonis. signum Kisalfridi. signum Reginbaldi. signum Albini. signum Kisalmari. signum Milonis. signum Uuacharii. signum Sikiharti. signum Oadaluuart. signum Cundpaldi. signum Ruadpaldi. signum Fridorici. Ego itaque indignus levita Uuolfcoz rogatus scripsi et subscripsi^b. Notavi die Martis, XV. Kalendas Decembris, regnante domno Hludouuico gloriosissimo imperatore anno quarto, et sub comitibus videlicet Hittone et Hammingo et Horingo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

^aZwischen den Worten *fieri* und *signum* freier Raum für zwei bis drei Worte.

^bDie Schlussbuchstaben *si* im Rekognitionszeichen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen EE.5.E.23.

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 137. Daraus Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 193. UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 228, S. 219 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Daugendorf

Ortsindex:

Bolstetten Wüstung (23671)
 Bolstetten, Hayingen, RT, W
 Daugendorf Wohnplatz (17480)
 Daugendorf, Riedlingen, BC
 Emerkingen Wohnplatz (16806)
 Emerkingen, UL
 Erbstetten Wohnplatz (16772)
 Erbstetten, Ehingen (Donau), UL
 Grötzingen Wohnplatz (16671)
 Grötzingen, Allmendingen, UL
 Haidgau Wohnplatz (18965)
 Haidgau, Bad Wurzach, RV
 Mühlen Wohnplatz (16785)
 Mühlen, Ehingen (Donau), UL
 Oberessendorf Wohnplatz (17221)
 Oberessendorf, Eberhardzell, BC
 Obermarchtal Wohnplatz (16905)
 Obermarchtal, UL
 Oberwachingen Wohnplatz (17727)
 Oberwachingen, Uttenweiler, BC
 Oberwilzingen Wohnplatz (15875)
 Oberwilzingen, Hayingen, RT
 Perahtramni
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Stibiloheim
 Unteressendorf Wohnplatz (17279)
 Unteressendorf, Hochdorf, BC
 Untermarchtal Wohnplatz (16964)
 Untermarchtal, UL
 Unterwachingen Wohnplatz (16969)
 Unterwachingen, UL
 Unterwilzingen Wohnplatz (16796)
 Unterwilzingen, Ehingen (Donau), UL
 Uuillirihingun